

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Rapina h
cum uariis

Pauperibus non dare tulisse est et merito; quando qui potest esurientibus subuenire, si non pascit, extinguit. Pudeat illis tollere quibus iubemur offerre. Ultra omnes crudelitates est diuitem uelle fieri de exiguitate mendici. Amentur honesta lucra, horreantur dampnosa compendia. Nullus audeat inde tollere quod debet collecta dispergere; addendo perdit qui retinendo collegerit et paupertatem potius ad se trahit, si exigencium pecunias non repellit.

Cassiodorus libro V. epistolarum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

qui] quis P V¹ V² L¹ L²; est] cum (*cor. in marg.*) M; collecta] collectum L¹ L²; collegerit] colligerit P V¹ V², colligit L¹ L²; exigencium] extingentium V¹ V²